



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu  
Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione  
Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ  
Luci Datus**

**Widl, Adam**

**Monachij**

Prænobilibus Strenuis Clarissimis Ac Consultissimis Dominis Dominis  
Electoralis Metropolis Monacensis Consulibus, Ceterisque DD. Senatoribus,  
Patriæ Patribus Felicitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37233**



PRÆNOBILIBUS  
STRENUIS CLARISSIMIS  
AC CONSULTISSIMIS DO-  
MINIS DOMINIS ELECTORA-  
LIS METROPOLIS  
MONACENSIS

CONSULIBUS,  
CETERISQUE DD. SENATO-  
RIBUS, PATRIÆ PATRIBUS  
FELICITATEM.

**D**IIVS SEBASTIANUS Eber-  
spergæ Bojorum à multis jam  
seculis Propitius, calamo  
meo expressus dum sibi Patronum  
quærit, sub cuius auspicijs in publi-  
cam lucem prodeat, multis nomini-  
bus vos appellat, *Viri Nobilissimi*, &  
recto itinere Monachium conten-  
dit.

\* 2

dit.



## EPISTOLA

dit. Hanc sibi Electarum sagittarum  
metam præfixit, quò collimaret. In  
quo quidem vicem vobis reddit,  
quem anno superiore magnificâ &  
numerôsâ quatuor millium Capi-  
tum supplicatione Eberspergæ invi-  
sistis. Ad quem ergo accesseratis of-  
ficiosi Peregrini, ipse modò redit ad  
vos sive hospes, sive, quod malim  
dicere, vester Domesticus; cum in-  
tra Urbis vestræ amplissima mænia  
& turrata palatia ipse quoq; habeat  
Ecclesias geminas, aras verò diver-  
sis in Templis complures, ceu toti-  
dem superatæ antehac pestis erecta  
trophæa, seu futuræ calamitatis re-  
fugia. Huic certè Indigeti Sancto  
nostro ipsimet jam olim contestati  
estis luculento & pretioso munere,  
sex scilicet Candelabris justæ magni-  
tudinis ex argento scite elaboratis  
Eberspergensi Aræ oblati dispulsam

tragi-



## DEDICATORIA

tragicam pestem, quæ Urbem vestram Anno M. DC. XXXIV. depopulata est. Surgunt etiamnum extra portam Sentlinganam in communi & vasto Cœmiterio, colle conspicuo, aggerum instar, gemini grandes tumuli qui accumulata cadavera eo contagioso tempore forbuerunt. Adfuit ad preces vestras & vota SEBASTIANUS opportunè beneficus, nihil cunctandum ratus, cum in mora videretur periculum, ne media Urbs extra Urbem efferretur: adfuit, inquam, in tempore præclarus Medicus, & malum stitit. Agnovistis continuò Archiatrum, nec, quod ingrati faciunt, acceptum beneficium posuistis sub obscuro modio, sed supra Candela-brum. Imò unum non suffecerat; elegistis omnino sex, in quibus & splenderet munificentia vestra, &

\* 3

simul



## EPISTOLA

simul arderet Religio. Meretur hæc  
vestra insignis Pietas à memore be-  
neficiorum calamo Elogium, imò  
& librum. Quæ causa fuit, ut præ-  
sentem Tractatum Vestro Nomini  
inscriberem, in quo non tam D. SE-  
BASTIANI præclarè gesta, victri-  
ces Palmæ, impertita supplicibus de  
Cælo beneficia, quàm vester in Di-  
vum singularis amor, publicum in  
totam Provinciam latè manans  
exemplum, ceteraq; vestra decora,  
ac virtutes legerentur. Accessit por-  
rò & privata ratio à Cive vestro,  
quâ jure vobis addicor. Debeo Mo-  
nachio Natales meos; debeo idcir-  
co vobis observantiam & venerati-  
onem. Aspexi in Urbe vestra primum  
diem; respicio in vobis (*Domini Con-*  
*sultissimi*) gratâ utique lucis reflexio-  
ne, patrij Solis beneficos radios, qui-  
bus Religiosos omnes, & inter illos

Urbis



## DEDICATORIA.

Urbis vestræ inquilinam, Minimam  
JESU Societatem gratiosè intuemi-  
ni, ut dicere cum Poëta libeat, 8. Me-  
tamorphos. Car. 9. *Et super omnia vultus ac-  
cessere boni.* Hisce tam lucidis, quàm  
placidis oculis si hunc quoque libel-  
lum meum, vobis sacrum benignè,  
uti soletis reliqua, aspexeritis, abun-  
dè mihi gratulabor non tam de in-  
ventis Opusculi hujus eximijs Pa-  
tronis, quàm de relicto grati animi  
mei erga Vos aliquo saltem specimi-  
ne, atque mnemosyno. DEUS ter  
Opt. Max. Vos Urbi vestræ, ac Bono  
Publico quàm diutissimè velit sal-  
vos, ac servet incolumes. Ita voveo

Prænobilium ac Stre-  
nuarum Dominationum  
Vestrarum.

*Servus in Christo humillimus*

ADAMUS WIDL  
Soc. JESU.